Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40034
Copyright: Melk, Benediktinerstift

omnia sunt creauit. Deus plus
iustificabitur et manet victor
nec in eternum quis sufficit en
arrare opera illius. Quis est in
nuntiauit magnalia eius. Spiritu
tem autem magnitudinis eius quis
enumerauit et quis adiecit enar
rare misericordias eius. Non est
est minuere nec adicere nec
est inuenire magnalia dei cum
consummauerit homo tunc incipiet
et cum quiescerit operabitur
quid est homo et que gratia
illius aut quid bonum aut quid
malum illius. Numerus dierum
hominum ut centum annorum
quasi gutte aque amare deputati
sunt et sicut calculus arene sic
exigui anni in die eius. Patiens
est dominus in illis et
effundit super eos misericordiam suam. Vidit
iudicium cordis illorum quia mala
est et cognouit iniquitatem illorum
quia illorum multa est. Ideo
adimplenit misericordiam suam
in illis et ostendit illis viam
equitatis. Misericordia hominis cum
proximo suo misericordia autem
dei super omnem carnem. Qui mi
sericordiam habet et docet corripit
quasi pastor gregem suum. Miseretur
eorum qui suscipiunt doctrinam
misericordie et qui festinant
in iudiciis eius. De ordine

filii in bonis non deest querela
et in omni dato non deest tristi
tia. Verbum mali. Nonne ar
dorem refrigerauit ros sic
et verbum melius quam datum.
Nonne ecce verbum super datum
bonum et utique cum homine
iustificato. Stulto autem ira effe
rauit et datum in disciplinati
tabescere facit oculos. Ante iudi
cium para iustitiam tibi et ante
quam loquaris disce. Ante langu
orem adhibe medicinam
et ante iudicium interrogate
eum ut in conspectu dei in
venias propitiationem. Ante lan
guorem humiliate et in tempo
re firmitatis ostende in firmitate
tuam. Non impedias orare
semper et non verearis usque ad
mortem iustificari quia merces
dei manet in eternum. Ante
orationem para animam tuam et noli
esse quasi homo qui tentat
deum. Memento ire in die co
mminationis et tempus retribu
tionis in conuersione faciet ope
mento. Paupertate in tempore fa
mis in diebus abundantie et necessitatem
paupertatis in die diuitiarum.
mane usque ad uesperam muta
bitur tempus et hec omnia
citata in oculis dei. Homo sapiens